

uatur vbi est consuetudo, sed non dici vt Re-
ligiosi ad id ab Ordinarijs compellantur.
Et sic contra eos per excommunicationem
& alias censuras Ecclesiasticas minime pro-
cedere posse, cum excommunicare sit iuris-
dictionis actus.

CAPITVLA PROVINCIALIA.

¶ Ioannes Cardinalis Legatus à latere
in Regnis Hispaniarum auctoritate Apосто-
lica concessit, & indulxit Capitulis, & con-
gregationibus Fratrum Minorum, Sancti
Dominici, ac Sancti Augustini Prouinciæ,
Nouæ Hispaniæ in Indijs Maris Oceani, vt
quoscunque dictos Ordines intrantes, &
proficientes à quibusuis excommunicationis,
& alijs Ecclesiasticis sententijs, censuris, &
penis: quas eo q̄ bellis in ipsis Indijs, vel
alibi gestis interfuerint, incurrerint, absol-
uere, & pro commissis penitentiam saluta-
rem iniungere, & cum eis, qui in capitulis
idonei ad id iudicabuntur super irregularita-
te per eos occasione premissorum, vel alias
etiam ratione homicidij voluntarij quomo-
dolibet contracta, quodq; ea, & alijs pre-